



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

DXI. Papst Julius bestätigt den Bischof Hieronymus von Brandenburg, am
6. Oct. 1507.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

DIX. Der Domherr Peter Beme wählt den Hieronymus Schulz per scrutinium zum Bischofe von Brandenburg, im Jahre 1507.

In nomine domini Amen. Ego Petrus Beme, canonicus ecclesie Brandenburgensis, unus ex tribus scrutatoribus, a nostro capitulo prefate ecclesie nominatus et electus ad faciendum scrutinium et electionem futuri pontificis juxta facultatem nobis traditam de mandato ac consensu et voluntate collegarum nostrorum vice mea ac suis et omnium aliorum conuenientium invocata spiritus sancti gratia ad laudem et gloriam omnipotentis dei ac gloriosissime virginis Marie nec non beatorum Petri et Pauli apostolorum dicte nostre ecclesie patronorum, reperio majorem et seniore partem in venerabilem et egregium virum dominum Jeronimum Sculteti, decretorum licentiatum, consensisse, quem collectione facta, de predictorum scrutatorum meorum ac omnium aliorum expresso consensu in nostrum et ecclesie nostre episcopum et pastorem eligo eumque electum ac electionem eandem his scriptis pronuncio atque sollempniter publico in nomine patris et filii et spiritus sancti.

Gercken's Stists-Historie S. 672.

DX. Eid des Hieronymus Schulz als erwählten Bischofs von Brandenburg, v. J. 1507.

Ego Hieronimus Sculteti, electus ecclesie Brandenburgensis, juro et promitto deo omnipotenti et sancto Petro, hujus ecclesie patrono, et omnibus sanctis, quod ecclesie Brandenburgensi, si et in quantum electio mea confirmata fuerit, fideliter preesse bonaque ipsius, jura, res et libertates, quantum possum, fideliter diligenterque conservabo nec quicquam de eisdem alienabo, permutabo aut impignorabo, nisi in casibus modoque et via a jure permissis, quodque prepositum et capitulum ecclesie mee et ipsorum supposita pro posse manutendo protegam et defendam, nec in personis eorum aliquam violentiam inferam per me vel per alium directe vel indirecte eorumque privilegia, jura, libertates et bona, per predecessores meos et alios quoscunque fideles donata aut per eos comparata nec non omnia et singula, que actu possident et in futurum possidebunt, pacifice et quiete illis permittam. Et hoc juramentum statim et sine mora post consecrationem meam repetam. Sic me deus adjuvet et sancti ejus.

Gercken's Stists-Historie S. 211.

DXI. Papst Julius bestätigt den Bischof Hieronymus von Brandenburg, am 6. Oct. 1507.

Julius, Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Hieronimo Sculten electo Brandenburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Divina disponente clemencia cujus inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa in apostolice dignitatis specula meritis licet imparibus constituti ad univas orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendimus et pro earum statu salubriter dirigimus.

Sauptheil I. Bb. VIII.

gendo apostolice favoris auxilium adhibemus. Sed de illis propensius cogitare nos convenit, quas propriis carere pastoribus inuenimus, ut eis juxta cor nostrum viri proficiantur idonei, qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam et providentiam circumspectam salubriter dirigant et informant ac bona ecclesiarum ipsarum non solum gubernent utiliter, sed etiam multimodis eferant incrementis. Sane nuper ecclesia Brandenburgenfis Premonstratenfis ordinis, cui bone memorie Joachim Episcopus Brandenburgenfis dum viveret presidebat, per obitum ejusdem Joachimi, qui extra Romanam curiam debitum nature persolvit, pastoris solatio destituta dilecti filii capitulum dicte ecclesie pro electione futuri Episcopi celebranda vocatis omnibus, qui voluerunt potuerunt debuerunt electioni hujusmodi commode interesse, die ad eligendum prefixa ut moris est convenientes in unum te tunc ipsius ecclesie Canonicum ordinem ipsum expresse professum in presbyteratus ordine et etate legitima constitutum ac in Decretis Licentiatum in eorum et dicte ecclesie Episcopum concorditer elegerunt, Tuque electioni hujusmodi illius tibi presentato decreto consensisti et deinde electionis hujus negotium proponi fecisti, coram nobis in consistorio petens illam apostolica auctoritate confirmari . . . Nos igitur electionis hujus idoneitatem et merita persone tue examinari fecimus diligenter et quia invenimus electionem predictam de eadem persona tua, cum apud nos de jurium scientia vite munditia honestate morum spiritualium et temporalium circumspectione aliisque multiplicium virtutum donis fidedigna testimonia perhibentur, fuisse canonicè celebratam, illam de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica approbamus et confirmamus, Teque eidem ecclesie in Episcopum proficimus et pastorem, curam et administrationem ejusdem ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, in illo qui dat . . . et largitur premia, confidentes quod dirigente domino actus tuos prefata ecclesia per tue circumspectionis industriam et studium fructuosum regetur utiliter et dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa . . . igitur domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens curam et administrationem predictam sic studeas sollicite fideliter et prudenter, quòd ipsa ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque preter eterne retributionis premium nostram et apostolice sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo septimo pridie Nonas Octobris pontificatus nostri anno quarto.

Gercken's Stists-Historie S. 674—676.

DXII. *Bischof Johann von Ratzeburg und Bischof Dieterich von Lebus bekunden, daß sie die Transmutation des Brandenburger Domstists ausgeführt haben, am 16. Dez. 1507.*

Johannes Ratzeburgensis et Theodericus Lubucensis Dei et apostolice sedis gratia Episcopi, judices et executores conjunctim ad infrascripta, ac conservatores a sede apostolica specialiter deputati, — Literas sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Julii divina providentia Pape secundi, — nobis pro parte reverendi patris Domini Jeronimi eadem gratia electi et confirmati, nec non venerabilium et religiosorum virorum Dominorum Prepositi, Prioris, singulorumque Canonico-
rum capitularium regularium ecclesie Brandenburgenfis, ordinis premonstratenfis principalium, coram